GOETHII ELEGIÆ DUÆ

VERSIBUS LATINIS EXPRESSÆ.

QUAS

VENIA AMPLISS. FACULT. PHILOS. UPSAL.

P. P.

CHRISTIANUS ALFREDUS FAHLCRANTZ

PHIL. MAG. NAT. VESTM. DAL.

IN AUDITORIO GUSTAV. MINORE A. D. IV ID. APR. A. MDCCCLVIII.

H. A. M. S.

AROSIÆ.

TYPIS OFFICINÆ TORSSELLIANÆ.

MDCCCLVIII.

[illegible]
[illegible]

Si melius et intelligimus et memoria tenemus, quæ ipsi usu habemus percepta, quam quæ fando solum aut legendo cognovimus, id est verissimum non esse ad linguam aliquam perdiscendam brevius iter, quam si ipse ea aliquid conscribere conatus sis. Hoc si in universam linguam valet, in singulas partes quoque neque magis in prosam orationem quam in versus necesse est valeat. Præcipue in iis linguis ita se res habet, ubi tanta est inter hæc genera differentia, quanta est in latino sermone. Tantum igitur abest, ut operam in latinis versibus componendis consumptam existimemus periisse, ut ei, cujus intersit has literas non mediocriter tractare, etiam utilissimam esse judicemus. Manifestum est hæc dici non de quovis harum literarum hujusque poësis amatore, sed de illis, qui philologorum nomine ornati hanc disciplinam sibi propriam sumpserunt, in qua elaborarent. Illis enim, nisi quæ cognitio, assidua lectione comparata, assiduo stilo corroboretur, non poterit satisfacere; neque eum, qui artem quandam profitetur, in ulla ejus parte decet esse inexercitatum. Neque tamen hoc ideo jubemus, quod alteram poësim Romanam exsistere posse putemus illi superiori æqualem. Tam arta est enim humanitatis et sermonis inter ipsas conjunctio, ut cujusque ætatis populique mores et eruditio ad ipsius sermonis habitum pertineat eumque ad suum usum fingat atque instituat. Inde fit, ut quisquis nostra ætate exstiterit poësis cultor, sive prodesse sive vult delectare, ad eum sermonem utendum, quo cogitata optime exponi possint, id est ad patrium, ipsa rei necessitate adducatur. Quæ igitur nunc conscribuntur carmina latina, quum magis artis et limæ sint, quam ingenii libere se efferentis, ita etiam sunt judicanda.

At quoniam latinorum carminum confectionem ob id maxime commendavimus, quod ita optime poësim Romanam universam cognoscere liceret, restat fortasse, ut quæramus, num omnino illa poësis digna sit, ad quam cognoscendam studium atque operam conferamus. Sed in ea re quid est, quod longiores simus? Tam multa toties in utramque partem sunt dicta, ut vix possit quidquam novi afferri. Hoc solum monemus, quod etiam adversarii literarum latinarum, qui modo æqui sint, concedunt, non esse aliam poësim, ubi magis manifeste et dilucide sententie efferantur, magis propriæ et idoneæ sint verborum translationes et immutationes, magis formæ habeatur ratio. In his rebus est et erit exemplar, quod sibi ad imitandum proponant recentiores poëtæ, quamvis hi rerum formæque varietate præstent. Præter has laudes quum habeat clarissimam morum vitæque Romanorum expositionem, num quis sanus et prudens hoc studium velit abjectum? Contra omnes egregii poëtæ commendaverunt et Goethius ipse magnopere est amplexatus. Ille enim, quum nullam humanitatis partem ignoraret neque despiceret, id quod in quoque genere, quocunque se verterat, satis probavit, tamen haud scio an antiquitatem maxime ingenio et moribus expresserit. Cernitur ea similitudo non minimum in elocutione simul nuda et eleganti, cujus laudem facilius agnoscat quis quam assequatur. Præcipue in prosa oratione et in iis carminibus, quæ ad antiquæ poësis imaginem composuit, ea virtus elucet. Floribus distincta est oratio, non flosculis obruta. Est enim hoc non admodum rarum poësis recentioris vitium similitudinibus alienis et calamistris non suo loco adhibitis sententias obscurari, ita ut nonnumquam difficillimum sit dicere, quid poëta significare voluerit. Tum maxime apparet hoc vitium, quum in aliam linguam convertendum est ejusmodi carmen; præsertim si ea lingua, ut latina, ab omni obscuritate abhorreat. Ab hoc igitur vitio carmina Goethii prorsus fere sunt liberæ.

In vertendis carminibus hoc mihi proposui, ut quam proxime ad verba ipsa poëtæ accederet interpretatio, salva modo linguæ latinæ consuetudine. Neque illud in ullo genere licet negligi, et in poësi, ubi sæpe non multo minus conformatione orationis efficitur quam ipsa sententia, præcipue est observandum. Quin immo, tanta est ea vis, ut jure dicere videar, vix posse

commutatis verbis sententiam prorsus eandem, nihil ut differat, exsistere. Sæpe enim in uno aliquo verbo inest similitudo, quæ si, substituto alio verbo, aut mutatur aut tollitur, color inducitur orationi diversus ab illo, qui ante fuit. Sæpe etiam certa quædam verborum collocatio tantum habet momenti, ut nullo modo possint de suo loco moveri. Hæc igitur si in mea interpretatione nonnumquam videntur omissa, noli id negligentiæ magis tribuere, quam ex difficultate credas ortum esse simul hæc et integritatem linguæ latinæ servandi.

I.

Alexis und Dora.

Ach! unaufhaltsam strebet das Schiff mit jedem Momente
  Durch die schäumende Fluth weiter und weiter hinaus!
Langhin furcht sich die Gleise des Kiels, worin die Delphine
  Springend folgen, als flöh' ihnen die Beute davon.
Alles deutet auf glückliche Fahrt: der ruhige Bootsmann
  Ruckt am Segel gelind, das sich für Alle bemüht;
Vorwärts dringt der Schiffenden Geist, wie Flaggen und Wimpel;
  Einer nur steht rückwärts traurig gewendet am Mast,
Sieht die Berge schon blau, die scheidenden, sieht in das Meer sie
  Niedersinken, es sinkt jegliche Freude vor ihm.
Auch dir ist es verschwunden, das Schiff, das deinen Alexis,
  Dir, o Dora, den Freund, ach! dir den Bräutigam raubt.
Auch du blickest vergebens nach mir. Noch schlagen die Herzen
  Für einander, doch, ach! nun an einander nicht mehr.
Einziger Augenblick, in welchem ich lebte! du wiegest
  Alle Tage, die sonst kalt mir verschwindenden, auf.
Ach! nur im Augenblick, im letzten, stieg mir ein Leben
  Unvermuthet in dir, wie von den Göttern, herab.
Nur umsonst verklärst du mit deinem Lichte den Aether;
  Dein allleuchtender Tag, Phöbus, mir ist er verhasst.
In mich selber kehr' ich zurück; da will ich im Stillen
  Wiederholen die Zeit, als sie mir täglich erschien.
War es möglich die Schönheit zu sehn und nicht zu empfinden?
  Wirkte der himmlische Reiz nicht auf dein stumpfes Gemüth?
Klage dich, Armer, nicht an! — So legt der Dichter ein Räthsel,
  Künstlich, mit Worten verschränkt, oft der Versammlung ins Ohr.
Jeden freuet die seltne der zierlichen Bilder Verknüpfung,
  Aber noch fehlet das Wort, das die Bedeutung verwahrt.

I.
Alexis et Dora.

Heus! ultra properat connitens usque carina,
Quum mare spumiferum non retinenda secat.
Longe porrigitur sulcus; saltuque sequuntur
Delphines, capiat ceu sibi præda fugam.
Omina cuncta favent; tranquillo pectore velum,
Quod vehit unum omnes, navita lene movet.
Porro vexillis tendunt animisque vehentes;
Tristia sunt uni lumina versa retro.
Cæruleos montes cedentes cernit; in undas
Desidunt; sidunt gaudia quæque simul.
Et tibi discessit, carum quæ navis Alexin,
Sponsum, Dora, tibi deliciasque rapit.
Tu quoque me quærens frustra tua lumina tendis;
At distracta locis pectora jungit amor.
Unica, qua vere vivebam dulciter, hora!
Torpentes æquas tu mihi sola dies.
Temporis ah! puncto descendit vita supremo
Insperata, velut numine missa deûm.
Aethera nequidquam perfundis luce serenum;
Cuncta dies lustrans non mihi, Phoebe, placet.
Nunc in me redeo; tacite jucunda recorder
Tempora, quum nullo est non mihi visa die.
Egregium faciem lentus spectare valebas?
Nobile non movit pectora pigra decus?
Te, miser, haud culpes! — Sic nempe ænigmate coetum
Verbis perplexo sæpe poëta tenet.
Quemque juvant rara nexæ res arte venustæ,
Quod verbum sensum continet, illud abest.

Ist es endlich entdeckt, dann heitert sich jedes Gemüth auf
Und erblickt im Gedicht doppelt erfreulichen Sinn.
Ach, warum so spät, o Amor, nahmst du die Binde,
Die du um's Aug' mir geknüpft, nahmst sie zu spät mir hinweg?
Lange schon harrte befrachtet das Schiff auf günstige Lüfte;
Endlich strebte der Wind, glücklich, vom Ufer ins Meer.
Leere Zeiten der Jugend! und leere Träume der Zukunft!
Ihr verschwindet, es bleibt einzig die Stunde mir nur.
Ja, sie bleibt, es bleibt mir das Glück! ich halte dich, Dora!
Und die Hoffnung zeigt, Dora, dein Bild mir allein.
Oefter sah ich zum Tempel dich gehn, geschmückt und gesittet,
Und das Mütterchen ging feierlich neben dir her.
Eilig warst du und frisch zu Markte die Früchte zu tragen;
Und vom Brunnen, wie kühn! wiegte dein Haupt das Gefäss.
Da erschien dein Hals, erschien dein Nacken vor allen,
Und vor allen erschien deiner Bewegungen Maass.
Oftmals hab' ich gesorgt, es möchte der Krug dir entstürzen;
Doch er hielt sich stät auf dem geringelten Tuch.
Schöne Nachbarin, ja, so war ich gewohnt dich zu sehen,
Wie man die Sterne sieht, wie man den Mond sich beschaut,
Sich an ihnen erfreut, und innen im ruhigen Busen
Nicht der entfernteste Wunsch sie zu besitzen sich regt.
Jahre, so gingt ihr dahin! Nur zwanzig Schritte getrennet
Waren die Häuser, und nie hab' ich die Schwelle berührt.
Und nun trennt uns die grässliche Fluth! Du lügst nur den Himmel,
Welle! dein herrliches Blau ist mir die Farbe der Nacht.
Alles rührte sich schon; da kam ein Knabe gelaufen
An mein väterlich Haus, rief mich zum Strande hinab:
«Schon erhebt sich das Segel, es flattert im Winde,» so sprach er,
«Und gelichtet, mit Kraft, trennt sich der Anker vom Sand;
Komm, Alexis, o komm!» Da drückte der wackere Vater
Würdig die segnende Hand mir auf das lockige Haupt;
Sorglich reichte die Mutter ein nachbereitetes Bündel:
«Glücklich kehre zurück!» riefen sie, «glücklich und reich!»
Und so sprang ich hinweg, das Bündelchen unter dem Arme,
An der Mauer hinab, fand an der Thüre dich stehn
Deines Gartens. Du lächeltest mir und sagtest: «Alexis!
Sind die Lärmenden dort deine Gesellen der Fahrt?

Quum semel inventum est, hilarantur pectora cuncta
Et geminum veneris carmen habere vident.
Cur tam serus, Amor, stringentes lumina nodos,
Tollere cur istos tam mihi serus eras?
Navis onusta diu ventum exspectabat amicum;
In pelagus tandem flabra secunda vocant.
O spes fallaces! o tempora vana juventæ!
Vos fuga mox aufert, horaque sola manet.
Illa manet, fortuna manet; te, Dora, retento!
Nec speciem monstrat spes nisi, Dora, tuam.
Sæpe piam vidi templum cultamque petentem,
Et matercula erat tum veneranda comes.
Prompta foro semper fructus alacrisque ferebas;
Fonte abiens audax vertice vasa vibras.
Tum tua præ cunctis candentia colla nitebant,
Præ cunctis cervix, corporis atque decor.
Sæpe ego, decideret ne mobilis urna, timebam;
Sed torto capitis tegmine fixa stetit.
Sic, vicina decens, sic te spectare solebam,
Ut faciem lunæ sive quis astra videt;
Sideribus gaudet fulgentibus; illa tenendi
Nec minima in placido corde cupido viget.
Anni, sic fugitis! bis denos limina passus
Distabant; tetigi non tamen ista pede.
Nunc æstus dirimit sævus! mentiris olympum,
Unda! mihi picea cœrula nocte nigrant.
Cuncta movebantur; puer en ad tecta parentis
Tendit et ad litus me properare jubet.
«Carbasa,» ait, «surgunt ventis fluitantque; relinquit
Ancora jam fundum vi relevata gravis.
Promptus, Alexi, veni!» genitor tum crinibus almus
Imposuit palmas omnia fausta precans.
Provida sarcinulam reddebat mater eunti;
«Felix,» ingeminant, «o locuplesque redi!»
Sic ego fasciculum portans decurro sub ala,
Ante horti stantem te reperique fores.
Tum mihi subridens quærebas: «fallor, Alexi,
Istis clamosis an comes ire paras?

Fremde Küsten besuchest du nun, und köstliche Waaren
Handelst du ein und Schmuck reichen Matronen der Stadt.
Aber bringe mir auch ein leichtes Kettchen; ich will es
Dankbar zahlen; so oft hab' ich die Zierde gewünscht!"
Stehen war ich geblieben und fragte nach Weise des Kaufmanns
Erst nach Form und Gewicht deiner Bestellung genau.
Gar bescheiden erwogst du den Preis! da blickt' ich indessen
Nach dem Halse, des Schmucks unserer Königin werth.
Heftiger tönte vom Schiff das Geschrei; da sagtest du freundlich:
"Nimm aus dem Garten noch einige Früchte mit dir!
Nimm die reifsten Orangen, die weissen Feigen; das Meer bringt
Keine Früchte, sie bringt jegliches Land nicht hervor."
Und so trat ich herein. Du brachst nun die Früchte geschäftig,
Und die goldene Last zog das geschürzte Gewand.
Oefters bat ich: «es sey nun genug!» und immer noch eine
Schönere Frucht fiel dir, leise berührt, in die Hand.
Endlich kamst du zur Laube hinan; da fand sich ein Körbchen,
Und die Myrte bog blühend sich über uns hin.
Schweigend begannest du nun geschickt die Früchte zu ordnen:
Erst die Orange, die schwer ruht als ein goldener Ball,
Dann die weichliche Feige, die jeder Druck schon entstellet;
Und mit Myrte bedeckt war und geziert das Geschenk.
Aber ich hob es nicht auf; ich stand. Wir sahen einander
In die Augen, und mir ward vor dem Auge so trüb.
Deinen Busen fühlt' ich an meinem! Den herrlichen Nacken,
Ihn umschlang nun mein Arm; tausendmal küsst' ich den Hals.
Mir sank über die Schulter dein Haupt; nun knüpften auch deine
Lieblichen Arme das Band um den Beglückten herum.
Amors Hände fühlt' ich; er drückt' uns gewaltig zusammen,
Und aus heiterer Luft donnert' es dreimal; da floss
Häufig die Thräne vom Aug' mir herab, du weintest, ich weinte,
Und vor Jammer und Glück schien uns die Welt zu vergehn.
Immer heftiger rief es am Strand; da wollten die Füsse
Mich nicht tragen, ich rief: «Dora, und bist du nicht mein?»
«Ewig!» sagtest du leise. Da schienen unsere Thränen,
Wie durch göttliche Luft, leise vom Auge gehaucht.
Näher rief es: «Alexis!» da blickte der suchende Knabe
Durch die Thüre herein. Wie er das Körbchen empfing!

Longinquas venies oras mercesque parabis
Egregias, mulier quas opulenta gerat.
At mihi redde levem (pendam tibi grata) catellam;
Optavi toties illud habere decus.»
Continui gressum mercantis more requirens
Primum, quæ facies, pondera quæque forent.
Vile volutabas pretium; tum colla tuebar
Reginæ gemma divite digna coli.
Sævius insonuit clamor; dicisque benigne:
«Pauca velis horto sumere poma meo.
Candentes ficus citreis simul accipe malis;
Talia nec pelagus, terra nec omnis habet.»
Sic ais; intrabam. Carpsisti sedula fructus,
Aureolum vestem dum sinuavit onus.
Sæpe precatus eram: «satis, o, sit!» fructus at usque
Lene manu tactus pulchrior, ecce, cadit.
Tandem umbracla venis, calathus qua forte repertus;
Ramis floriferis myrtus utrumque tegit
Poma silens calatho rara disponis ab arte:
Aureolos, citri grandia mala, globos,
Molliculas ficus contactum quemque timentes;
Contexit myrtus munera grata decens.
At non accepi; stabam. Nos usque tuemur.
Turbantur madida lumina nube mihi.
Pectore contiguo cervici brachia pulchræ
Implicui; collo basia mille dedi.
Inque meos humeros vertex tibi, Dora, cadebat;
Brachiolis fausto dulcia vincla paras.
Jamque manus sensi jungentis nosmet Amoris,
Tergeminum puris intonuitque polis.
Lumine gutta frequens cecidit, ploravimus una,
Mundum pectoribus gaudia moesta fugant.
Acrius increpuit fremitus; me ferre recusant
Inde pedes; clamo: «num mea, Dora, manes?»
«Aeternum!» tacite reddebas. Ecce videntur
Lumina coelesti flamine sicca statim.
Clamat: «Alexi!» puer propius quærensque tuetur
Per limen. Calathum sumsit ut ille celer!

Wie er mich trieb! wie ich dir die Hand noch drückte! — Zu Schiffe
Wie ich gekommen? Ich weiss, dass ich ein Trunkener schien.
Und so hielten mich auch die Gesellen, schonten den Kranken;
Und schon deckte der Hauch trüber Entfernung die Stadt.
«Ewig!» Dora, lispeltest du; mir schallt es im Ohre
Mit dem Donner des Zeus! Stand sie doch neben dem Thron,
Seine Tochter, die Göttin der Liebe; die Grazien standen
Ihr zur Seiten! Er ist götterbekräftigt, der Bund!
O so eile denn, Schiff, mit allen günstigen Winden!
Strebe, mächtiger Kiel, trenne die schäumende Fluth!
Bringe dem fremden Hafen mich zu, damit mir der Goldschmied
In der Werkstatt gleich ordne das himmlische Pfand.
Wahrlich! zur Kette soll das Kettchen werden, o Dora!
Neunmal umgebe sie dir, locker gewunden, den Hals.
Ferner schaff' ich noch Schmuck, den mannigfaltigsten; goldne
Spangen sollen dir auch reichlich verzieren die Hand:
Da wetteifre Rubin und Smaragd, der liebliche Sapphir
Stelle dem Hyacinth sich gegenüber, und Gold
Halte das Edelgestein in schöner Verbindung zusammen.
O, wie den Bräutigam freut einzig zu schmücken die Braut!
Seh' ich Perlen, so denk' ich an dich; bei jeglichem Ringe
Kommt mir der länglichen Hand schönes Gebild in den Sinn.
Tauschen will ich und kaufen; du sollst das Schönste von Allem
Wählen; ich widmete gern alle die Ladung nur dir.
Doch nicht Schmuck und Juwelen allein verschafft dein Geliebter:
Was ein häusliches Weib freuet, das bringt er dich auch.
Feine wollene Decken mit Purpursäumen, ein Lager
Zu bereiten, das uns traulich und weichlich empfängt;
Köstlicher Leinwand Stücke. Du sitzest und nähest und kleidest
Mich und dich und auch wohl noch ein Drittes darein.
Bilder der Hoffnung, täuschet mein Herz! O mässiget, Götter,
Diesen gewaltigen Brand, der mir den Busen durchtobt!
Aber auch sie verlang' ich zurück, die schmerzliche Freude,
Wenn die Sorge sich kalt, grässlich gelassen, mir naht.
Nicht der Erinnyen Fackel, das Bellen der höllischen Hunde
Schreckt den Verbrecher so in der Verzweiflung Gefild,
Als das gelassne Gespenst mich schreckt, das die Schöne von fern mir
Zeiget: die Thüre steht wirklich des Gartens noch auf!

Ut pepulit! dextras ut junximus! — Inde carinam
Ut veni? facies tota madentis erat.
Sic socii credunt, ægro parcuntque benigni;
Sollicitoque urbem jam procul umbra premit.
«Aeternum!» placido dicebas, Dora, susurro;
Aure sonat nostra, ceu Pater ipse tonet.
Adstabat solio Cythereïa, mater amorum;
Adstabant Charites! testis olympus erat!
En age, curre, ratis, ventis adjuta secundis!
Vi pelagi spumas, firma carina, seca!
O, precor, ad portum properes me ferre remotum,
Pignus ut egregium mox paret arte faber.
Testor, erit grandis levis ista catella catena;
Colla obeat laxis orbibus illa novem.
Insuper eximias gemmas genus omne parabo;
Aurea distinguet fibula multa manum.
Illic contendant carbunculus atque smaragdus,
Dives onyx illinc, hinc hyacinthus erit.
Aurum contineat vinclo fulgente lapillos;
O gaudet sponsus quam decorasse suam!
Te memini, video si bacas; admonet omnis
Annulus oblongæ me nitidæque manus.
Quin, mercator ero; sumes pulcherrima quæque;
Cuncta tibi soli reddere, Dora, velim.
Attamen haud solum lapides gemmasque parabo;
Sedula quîs mulier gaudeat, illa feram:
Mollia de lana cocco prætexta tapeta,
Fidus ut excipiat nos facilisque torus;
Lina simul magni pretii. Tu mique tibique,
Fors et filiolo, tegmina pulchra pares.
Spes, precor, o dulces, me fallite! Sistite, divi,
Quæ gravis in misero pectore flamma furit!
Ast et lætitiam mixtam moerore reposco,
Quum gelidus passu venit inerte dolor.
Eumenidum tædas canis infernique latratum
Tartarea sontes non ita sede pavent,
Terreor ut larva, porro quæ frigida monstrat
Delicias; horti nunc quoque porta patet!

Und ein Anderer kommt! Für ihn auch fallen die Früchte!
Und die Feige gewährt stärkenden Honig auch ihm!
Lockt sie auch ihn nach der Laube? und folgt er? O macht mich, ihr Götter,
Blind, verwischet das Bild jener Erinnrung in mir!
Ja, ein Mädchen ist sie! und die sich geschwinde dem Einen
Giebt, sie kehret sich auch schnell zu dem Andern herum.
Lache nicht diessmal, Zeus, der frechgebrochenen Schwüre!
Donnere schrecklicher! Triff! — Halte die Blitze zurück!
Sende die schwankenden Wolken mir nach! Im nächtlichen Dunkel
Treffe dein leuchtender Blitz diesen unglücklichen Mast!
Streue die Planken umher und gieb der tobenden Welle
Diese Waaren, und mich gieb den Delphinen zum Raub! —
Nun, ihr Musen, genug! Vergebens strebt ihr zu schildern,
Wie sich Jammer und Glück wechseln in liebender Brust.
Heilen könnet ihr nicht die Wunden, die Amor geschlagen;
Aber Linderung kommt einzig, ihr Guten, von euch.

Jam venit, en, alius! fructus labuntur et illi!
Ficus et huic præbet dulcia mella libens!
Ducit et hunc umbræ? sequitur? me reddite cæcum,
Di, speciemque illam mente fugate mea!
Nempe puella est hæc! Subito quæ deditur uni,
Hanc male constantem protinus alter habet.
Impia, summe deûm, non hæc perjuria ride!
Tela vibra! ferias! — Fulmina dira tene!
In me mitte vagos nimbos! Jaculare per umbras
Noctis in infaustam lucida tela ratem!
Sparge mari tabulas; rabidis has redde fluentis
Merces; delphines me laniare jube! —
Jam satis est, Musæ! frustra monstrare studetis,
Ut vicibus sævis pectora verset Amor.
Quas Amor inflixit, plagas sanare nequitis,
At levat una, bonæ, vestra medela malum.

II.

Der neue Pausias und sein Blumenmädchen.

Sie. Schütte die Blumen nur her zu meinen Füssen und deinen!
Welch ein chaotisches Bild holder Verwirrung du streust!

Er. Du erscheinest als Liebe, die Elemente zu knüpfen;
Wie du sie bindest, so wird nun erst ein Leben daraus.

Sie. Sanft berühre die Rose, sie bleib' im Körbchen verborgen;
Wo ich dich finde, mein Freund, öffentlich reich' ich sie dir.

Er. Und ich thu', als kennt' ich dich nicht, und danke dir freundlich;
Aber dem Gegengeschenk weichet die Geberin aus.

Sie. Reiche die Hyacinthe mir nun und reiche die Nelke,
Dass die frühe zugleich neben der späteren sey.

Er. Lass im blumigen Kreise zu deinen Füssen mich sitzen,
Und ich fülle den Schooss dir mit der lieblichen Schaar.

Sie. Reiche den Faden mir erst; dann sollen die Gartenverwandten,
Die sich von ferne nur sahn, neben einander sich freun.

Er. Was bewundr' ich zuerst? was zuletzt? die herrlichen Blumen?
Oder der Finger Geschick? oder der Wählerin Geist?

Sie. Gieb auch Blätter, den Glanz der blendenden Blumen zu mildern;
Auch das Leben verlangt ruhige Blätter im Kranz.

Er. Sage, was wählst du so lange bei diesem Strausse? Gewiss ist
Dieser jemand geweiht, den du besonders bedenkst.

Sie. Hundert Sträusse vertheil' ich des Tags und Kränze die Menge;
Aber den schönsten doch bring' ich am Abende dir.

Er. Ach! wie wäre der Maler beglückt, der dieses Gewinde
Malte, das blumige Feld, ach! und die Göttin zuerst!

II.

Pausias alter et Coronaria.

C. Ante meosque pedes flores effunde tuosque;
Quam grata specie spargitur inde chaos!

P. Es mihi Amor jungens naturæ semina cæcæ;
Nectis ut illa, recens, haud mora, vita venit.

C. Lene rosam tangas; calatho servetur in imo;
Post, ubi visus eris, detur, amice, palam.

P. Ac velut ignotæ tibi agam pro munere grates;
Reddere me pretium ne patiare tamen.

C. Verna simul teneris hyacinthis lilia præbe;
Sic tempestivis addita sera juvant.

P. Te juxta liceat roseo, precor, orbe sedere;
Implebo gremium flore nitente tuum.

C. Primum da filum; capient tum gaudia juncti,
Hortus diversa quos regione tulit.

P. Quæ quibus anteferam? flores mirabor amoenos?
Ingenium sollers? artificesne manus?

C. Lenitura dato florum folia alma nitorem;
Vult vita in sertis frondibus esse locum.

P. Dic, quid in hoc serto pergis consumere curam?
Sane cui dabitur, qui tibi carus erit.

C. Centum serta die dido multasque coronas;
Quæ pulcherrima erit, vespere trado tibi.

P. Quam foret, ah! felix pictor, qui florida prata
Pingeret atque rosas, ah! placidamque deam!

Sie. Aber doch mässig beglückt ist der, mich dünkt, der am Boden
Hier sitzt, dem ich den Kuss reichend noch glücklicher bin.

Er. Ach, Geliebte, noch Einen! Die neidischen Lüfte des Morgens
Nahmen den ersten sogleich mir von den Lippen hinweg.

Sie. Wie der Frühling die Blumen mir giebt, so geb' ich die Küsse
Gern dem Geliebten; und hier sey mit dem Kusse der Kranz.

Er. Hätt' ich das hohe Talent des Pausias glücklich empfangen,
Nachzubilden den Kranz wär' ein Geschäfte des Tags!

Sie. Schön ist er wirklich. Sieh' ihn nur an! Es wechseln die schönsten
Kinder Florens um ihn, bunt und gefällig, den Tanz.

Er. In die Kelche versenkt' ich mich dann und erschöpfte den süssen
Zauber, den die Natur über die Kronen ergoss.

Sie. Und so fänd' ich am Abend noch frisch den gebundenen Kranz hier;
Unverwelklich spräch' uns von der Tafel er an.

Er. Ach, wie fühl' ich mich arm und unvermögend! wie wünscht' ich
Fest zu halten das Glück, das mir die Augen versengt!

Sie. Unzufriedener Mann! Du bist ein Dichter und neidest
Jenes Alten Talent? Brauche das deinige doch!

Er. Und erreicht wohl der Dichter den Schmelz der farbigen Blumen?
Neben deiner Gestalt bleibt nur ein Schatten sein Wort!

Sie. Aber vermag der Maler wohl auszudrücken: «ich liebe!»
Nur dich lieb' ich, mein Freund! lebe für dich nur allein!

Er. Ach! und der Dichter selbst vermag nicht zu sagen: «ich liebe!»
Wie du, himmlisches Kind, süss mir es schmeichelst ins Ohr.

Sie. Viel vermögen sie Beide; doch bleibt die Sprache des Kusses,
Mit der Sprache des Blicks, nur den Verliebten geschenkt.

Er. Du vereinigest Alles; du dichtest und malest mit Blumen;
Florens Kinder sind dir Farben und Worte zugleich.

C. At sedet hic terra modice, me judice, felix,
Cui nunc suaviolum faustior ipsa fero.

P. Ah, mea lux, iteres! Matutina invida primum,
Quod dederas, labris abstulit aura statim.

C. Ut mihi ver flores, lætans sic oscula amori
Dono; simul sertum suaviolumque cape!

P. Jam si Pausiaca florerem nobilis arte,
Hoc ipso staret picta corona die.

C. Adspice! formosa est. Floræ quam lætus alumnis
Ducitur a nitidis quam variusque chorus!

P. In calyces tunc insinuans decerpere possem
Dulce, superfudit quod deus ipse, decus.

C. Vespere adhuc viridem reperirem læta coronam;
De tabula spirans parceret illa mori.

P. Hei, quam nil valeo! Quam vellem posse tenere,
Quæ fortuna oculis non toleranda venit!

C. Non satiate umquam! veteris tune invidus arti
Ipse poëta doles? utere, quæso, tua!

P. Numne decus florum censes æquare poëtam?
Ista præ specie vox levis umbra manet.

C. Anne valet pictor vel summus reddere: «flagro!»
Non nisi te flagro! dedita vivo tibi!

P. Hei mihi! nec vates poterit sic dicere: «flagro!»
Ut, mea lux, aures vox tua blanda venit.

C. Vis utriusque valens; soli, si credis, amantes
Suaviolis norunt luminibusque loqui.

P. Cuncta tenes; tibi sunt picturæ et carmina serta;
Pigmenta et voces Flora benigna dedit.

Sie. Nur ein vergängliches Werk entwindet der Hand sich des Mädchens
Jeden Morgen; die Pracht welkt vor dem Abende schon

Er. Auch so geben die Götter vergängliche Gaben und locken
Mit erneutem Geschenk immer die Sterblichen an.

Sie. Hat dir doch kein Strauss, kein Kranz des Tages gefehlet
Seit dem ersten, der dich mir so von Herzen verband.

Er. Ja, noch hängt er zu Hause, der erste Kranz, in der Kammer,
Welchen du mir, den Schmaus lieblich umwandelnd, gereicht.

Sie. Da ich den Becher dir kränzte, die Rosenknospe hineinfiel,
Und du trankest und riefst: «Mädchen, die Blumen sind Gift!»

Er. Und dagegen du sagtest: «sie sind voll Honig, die Blumen;
Aber die Biene nur findet die Süssigkeit aus.»

Sie. Und der rohe Timanth ergriff mich und sagte: «die Hummeln
Forschen des herrlichen Kelchs süsse Geheimnisse wohl?»

Er. Und du wandtest dich weg und wolltest fliehen; es stürzten
Vor dem täppischen Mann Körbchen und Blumen hinab.

Sie. Und du riefst ihm gebietend: «das Mädchen lass nur! die Sträusse,
So wie das Mädchen selbst, sind für den feineren Sinn.»

Er. Aber fester hielt er dich nur; es grinste der Lacher,
Und dein Kleid zerriss oben vom Nacken herab.

Sie. Und du warfst in begeisterter Wuth den Becher hinüber,
Dass er am Schädel ihm, hässlich vergossen, erklang.

Er. Wein und Zorn verblendeten mich; doch sah ich den weissen
Nacken, die herrliche Brust, die du bedecktest, im Blick.

Sie. Welch ein Getümmel ward und ein Aufstand! Purpurn das Blut lief,
Mit dem Weine vermischt, gräulich dem Gegner vom Haupt.

Er. Dich nur sah ich, nur dich am Boden knieend, verdriesslich;
Mit der einen Hand hieltst das Gewand du hinauf.

C. Ah! fragile est, quod opus manibus de virginis exit
Mane novo; marcet, quum bene vesper adest.

P. Munera non aliter divi peritura dedere,
Mortales donis alliciuntque novis.

C. At tibi nulla dies serto caruitve corona
Post primam, vinxit quæ tua corda mihi.

P. Quam mihi præbebas mutans convivia dulce,
Nunc quoque conclavi prima corona sedet.

C. Ipsa coronabam calicem; flos incidit; at tu
Ebibis et clamas: «flore venena latent!»

P. Reddebas contra: «sunt flores melle repleti.
Sola tamen novit carpere nectar apis.»

C. Meque ferox prensans Timanthes dixit: «opinor,
Secreta inveniet dulcia vespa rosæ?»

P. Tuque aversa fugam tentabas; acriter instans
Flores et calathum stravit agrestis humi.

C. Tu vero imperitans clamabas: «mitte puellam!
Ipsam cum sertis mollia corda colunt.»

P. Firmius ille tamen tenuit risitque maligne
Discidit et vestem nudaque colla dedit.

C. Inque illum pateram fervens immittis ab ira,
Ut resonent foede tempora sparsa mero.

P. Cæcus eram rabie et vino; sed candida vidi
Colla, licetque tegas, pectora pulchra cito.

C. Jam quæ turba fuit! tetre de vertice fluxit
Commixtus vino purpureusque cruor.

P. Te modo, te vidi confusam, poplite nixam;
Altera sustinuit tegmina scissa manus

Sie. Ach, da flogen die Teller nach dir! Ich sorgte, den edlen
Fremdling träfe der Wurf kreisend geschwungnen Metalls.

Er. Und doch sah ich nur dich, wie rasch mit der anderen Hand du
Körbchen, Blumen und Kranz sammeltest unter dem Stuhl.

Sie. Schützend tratest du vor, dass nicht mich verletzte der Zufall,
Oder der zornige Wirth, weil ich das Mahl ihm gestört.

Er. Ja, ich erinnre mich noch; ich nahm den Teppich wie einer,
Der auf dem linken Arm gegen den Stier ihn bewegt.

Sie. Ruhe gebot der Wirth und sinnige Freunde. Da schlüpft' ich
Sachte hinaus; nach dir wendet' ich immer den Blick.

Er. Ach, du warst mir verschwunden! Vergebens sucht' ich in allen
Winkeln des Hauses herum, so wie auf Strassen und Markt.

Sie. Schamhaft blieb ich verborgen. Das unbescholtene Mädchen,
Sonst von den Bürgern geliebt, war nun das Mährchen des Tags.

Er. Blumen sah ich genug und Sträusse, Kränze die Menge;
Aber du fehltest mir, aber du fehltest der Stadt.

Sie. Stille sass ich zu Hause. Da blätterte los sich vom Zweige
Manche Rose, so auch dorrte die Nelke dahin.

Er. Mancher Jüngling sprach auf dem Platz: «da liegen die Blumen!
Aber die Liebliche fehlt, die sie verbände zum Kranz.»

Sie. Kränze band ich indessen zu Haus' und liess sie verwelken.
Siehst du? da hangen sie noch neben dem Herde für dich.

Er. Auch so welkte der Kranz, dein erstes Geschenk. Ich vergass nicht
Ihn im Getümmel, ich hing neben dem Bett mir ihn auf.

Sie. Abends betrachtet' ich mir die welkenden, sass noch und weinte,
Bis in der dunkelen Nacht Farbe nach Farbe verlosch.

Er. Irrend ging ich umher und fragte nach deiner Behausung;
Keiner der Eitelsten selbst konnte mir geben Bescheid,

C. Ah, quot te lances petierunt! æra timebam
Ne mihi percuterent orbe vibrata bonum.

P. Sed modo te vidi, dextra quam prompta coronam
Sub sella legeres cum calathoque rosas.

C. Pro me constiteras, casus ne læderet ullus
Aut hospes, coenam quod sibi turbo, furens.

P. Omnia adhuc memini; mappam velut ille prehendi,
Cui movet in taurum læva tapete manus.

C. Hospes cum placidis pacem præcepit amicis;
Tum tacite evasi te simul usque tuens.

P. Heus! aderas nusquam. Frustra scrutabar et ædes
Percurri totas, compita cuncta, forum.

C. Ire foras puduit. Namque inculpata puella,
Cara prius populo, fabula turpis eram.

P. Serta satis vidi, flores multasque coronas;
Te carui, cives te caruere tui.

C. Tecto me tenui. Foliis orbata cadebat
Multa rosa; arebant lilia blanda simul.

P. Dicebant multi juvenes: «en adspice flores!
Sertum quæ posset texere, dulcis abest.»

C. Intereaque domi morituras necto coronas.
Cernis? adhuc pendent hoc tibi, care, foco.

P. Prima tua haud aliter marcebant dona; tumultu
Eripui et juxta figo cubile mihi.

C. Vespere marcentes spectans fletu ora rigabam,
Quisque fugit donec nocte premente color.

P. Cuncta pererrabam semper tua tecta requirens;
Nec fuit e vanis, cui tua nota domus.

Sie. Keiner hat je mich besucht, und Keiner weiss die entlegne
Wohnung; die Grösse der Stadt birget die Aermere leicht.

Er. Irrend lief ich umher und flehte zur spähenden Sonne:
«Zeige mir, mächtiger Gott, wo du im Winkel ihr scheinst?»

Sie. Grosse Götter hörten dich nicht; doch Penia hört' es.
Endlich trieb die Noth nach dem Gewerbe mich aus.

Er. Trieb nicht noch dich ein anderer Gott den Beschützer zu suchen?
Hatte nicht Amor für uns wechselnde Pfeile getauscht?

Sie. Spähend sucht' ich dich auf bei vollem Markt, und ich sah dich!

Er. Und es hielt das Gedräng' keines der Liebenden auf.

Sie. Schnell wir theilten das Volk, wir kamen zusammen, du standest,

Er. Und du standest vor mir, ja! und wir waren allein,

Sie. Mitten unter den Menschen! sie schienen nur Sträucher und Bäume,

Er. Und mir schien ihr Getös' nur ein Geriesel des Quells.

Sie. Immer allein sind Liebende sich in der grössten Versammlung;
Aber sind sie zu zwei'n, stellt auch der Dritte sich ein.

Er. Amor, ja! er schmückt sich mit diesen herrlichen Kränzen.
Schütte die Blumen nun doch fort, aus dem Schosse den Rest.

Sie. Nun ich schüttle sie weg, die schönen. In deiner Umarmung,
Lieber, geht mir auch heut wieder die Sonne nur auf.

C. *Nemo me visit secretave limina novit;*
Urbs inopem nullo vasta labore tegit.

P *Omnia percursans rogitabam numina Phoebi:*
«Dic age, magne deus, qua tibi visa latens?»

C. *Non magni superi, sed vota audivit Egestas,*
Meque, opus ut facerem, jussit abire foras.

P. *Defensorem alius divus non quærere jussit?*
Mutua non in nos spicula vertit Amor?

C. *Ecce, frequente foro speculans te denique vidi;*

P. *Nec mora, per vulgus fecit uterque viam.*

C. *Perrupta rapide turba convenimus, adstas;*

P. *Adstas tuque mihi, solus eratque locus.*

C. *Circumfusi homines silvæ fruticesque fuerunt;*

P. *Insanus strepitus murmura fontis erat.*

C. *Semper sunt soli, licet adsit coetus, amantes;*
At quum nullus adest, tertius, ecce, venit.

P. *Est Amor; ornatur speciosis ille coronis.*
Quod superest florum, dejice, quæso, sinu.

C. *Dejicio nitidos. Hodie quoque fota lacertis,*
Care, tuis solem surgere credo novum.

Adnotata.

I.

V. 7. *Vehentes.* Klotzius et Georges quum in lexicis verbum *vehere* et transitivum et intransitivum esse contendunt, haud scio an parum considerate illud faciant. Ex allatis exemplis apparet, id quod et Georges monuit, intransitivam significationem nisi in part. præs. et in gerund. non inveniri. Quod quare ita sit, optime explicatur, si attenderis, passivam formam hujus verbi in verbum deponens tantum non transisse, ut idem fere sit quod *currere, equitare, volare, navigare*, similia. Atqui verba deponentia de activa forma participia et gerundium sumere constat. Ita potius a verbo deponenti *vehi* quam a verbo intransitivo *vehere* illa deducta sunt. Et substantivum *vector*, quod utramque notionem habet, et transitivam et intransitivam, duplicis est originis. Cfr *inveho, invehor* cum part præs. depon. *invehens* (quadrigis, natantibus beluis, Cic.). Eodem modo *volventes anni* (Virg. Aen. I, 234) non sunt *anni, qui volvunt*, sed *qui volvuntur* (cfr Virg. G. II, 402). Neque aliter *tarda* (pro *tarde) volventia plaustra*, Virg. G. I, 163; *saxa rotantia*, Virg. Aen. X, 362.

V. 14. Quæ in germanico versu inest antithesis, eam, quum non possit ad verbum exprimi, paulo aliter reddidi opponendis inter ipsa verbis distrahendi et jungendi. Cfr Ov. Met. I, 25:

Dissociata locis concordi pace ligavit.

V. 53, 54. *Mentiris olympum* &c. i. e. quam olympi vel coeli imaginem reddis, non ea vera coeli est facies; mihi enim pro cærulea nigra videtur. *Cærula nigrant;* oxymoron, quod, si non tam expressum, attamen etiam in germanico versu inest.

V. 64. Particulæ *que* quinto enuntiationis vocabulo affixæ exemplum invenitur Tibull. II, 5, 72.

V. 122. *Dives onyx.* Pro sapphiro levi mutatione onychem substitui, quo lenius versus curreret. Præterea notum est lapidum gemmarumque nomina apud veteres alia genera significasse atque apud recentiores.

V. 138. *Inerte.* Kuehner, quum negat (Schulgr. der Latein. Spr 4 Aufl. § 19, 4, b) ablativum hujus adjectivi umquam in *e* terminari, nisi prosam orationem solum vult intellectam, fallitur; nam certe Ovidius scripsit Ep. ex. P. I, 11 (10), 14:

«*Stabit et in stomacho pondus inerte diu.*

Recente, quam ablativi formam eodem loco improbat Kuehner, legitur Ov. Fast III, 880; IV, 345.

II.

De Pausia Sicyonio, pictore encaustico, et de coronaria vide Plin. H. N. XXXV, 11, 40: «Amavit (Pausias) Glyceram municipem suam, inventricem coronarum, certandoque imitatione ejus ad numerosissimam florum varietatem perduxit artem illam. Postremo pinxit illam sedentem cum corona, quæ e nobilissimis ejus tabula appellata est Stephaneplocos, ab aliis Stephanopolis, quoniam Glycera venditando coronas sustentaverat paupertatem. Hujus tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit a Dionysio Athenis» Cfr H. N. XXI, 2, 3.

V. 15. *Quæ quibus anteferam?* Cfr Virg. Aen. IV, 371, ubi illa verba vulgo sic explicantur: «quæ his possunt esse duriora?» At duo sunt, ob quæ potest dubitari, num *quibus* ibi sit pronomen relativum. Nam in vehementi animi commotione, quum crebro inciditur sermo, frangitur vis orationis, si illa minuta membra pronomine relativo conjunguntur, præsertim in versibus et in interrogativa enuntiatione. Tum si *quibus* relativum est, alieno loco est positum, quum relativum ante interrogativum pronomen collocari deberet. Quamobrem mihi quidem verisimile videtur utrumque pronomen interrogativum esse et aut sic sententiam esse interpretandam: «quid prius, quid posterius dicam l. querar?» (Serv.) aut sic: «quæ graviora dicam, quæ leviora?» Utrum elegeris, non multum refert.

V. 21. *Strauss* et *Kranz* quamquam proprie aliter atque plus a se differunt, quam *sertum* et *corona*, tamen non dubitavi ita interpretari, præsertim quum Goethius illa interdum nullo discrimine usurpaverit. Cfr v. 19 et 40. *Strauss* proprie est *fasciculus*.

V. 45, sequ. Possunt hi versus sic quoque exprimi:

C. Significare valet pictor num maximus: «uror!»
In te solo uror! dedita vivo tibi!
P. Hei mihi! nec vati fari sic contigit: «uror!»
Ut, mea lux, aures vox tua blanda venit.

Servanda est in versibus reddendis conversio (epiphora, antistrophe), qua vis omnis in finem versuum conjicitur.

V. 46. Neque Klotzius neque Georges monet verbum *flagrare*, quum significat *amare*, cum ablativo conjungi posse. At certe duo exempla repeniuntur apud Propertium, II, 3, 33, ed. Keil.:

Hac ego nunc mirer si flagrat nostra juventus?

et IV, 18, 13 ed. Keil.:

Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo.

V. 108. Qui vani hic appellantur, juvenes sunt, v. 99 commemorati. Illos enim tumore inflatos poeta significat sibi placuisse et fortasse amorem coronariæ jactavisse. Quod vanum erat; nam aliter id saltem nossent, ubi habitaret ea, a qua se amari gloriabantur.